

[Hacia 1098]¹

21

Blasquita de Biniés, en presencia de la condesa Sancha, dona a San Pedro de Siresa sus meçquinos en Biniés y Verlavilla.

ACH, *Libro de la Cadena*, núm. 106, pág. 48.

Ed. DURAN GUDIOL, *Colección diplomática*, núm. 58.

[I]n Dei nomine et eius gratia. Hec est carta quam facio ego dompna donna Blaschita de Binies. Do Deo et Sancto Petro de Ciresa de illos meos meçchinos de Binies et de Baralavila que evenerint mihi de mea radice, presente donna Sancia comitissa, sorore dompni Sancii regis, presenteque dompno Sancio Garcez, prior de Ciresa, et ceteris canonicis de Ciresa.

In primis scilicet illa casa de Sancio Frondonç, filio qui fuit de Fortuno Sanie, cum suis fratribus et cum generatione eorum; et alia casa que vocatur casa de Glera, in qua stat Ennecho Sanç, filio de Sanxo Ennecones, neto de Açnar Manciones: et Ariol Gallones, cum sua generatione; et don Lop de Berali, cum sua generatione. Et isti deben dare pro unoquoque anno quinq̄u mensuras per nomen kaficia ordeï, kaficia tritici, II metros de vino, unō carnero.

Et alios ariençateros Fortun Bançones de Artasso et Oria Fera de Novalla et dompna Tota de Campanas et Banço Gallones, cum sua generatione, quod debent dare ariençata et cisso. Est ista ariençata galleta de vino et una delcata de pane et tres de cevata.

Et in Varalavila, Lopa et Açnarilç et Ariol Lop: isti debent dare sicut unus ex vicinis eorum. Et similiter illos casaes de dompna Filga et de Fortun Fortunones et Alilla, cum filio suo, qui debet dare arinçata.

¹ Ver que se cita el prior Sancho, que está documentado ese año (número 22).

1098 febrero 26

22

García Sanz de Aragiés del Puerto, cumpliendo una promesa de su esposa, dona a San Pedro de Siresa su propio hijo, Sancho, y las propiedades de la madre de éste.

ACH, *Extravagantes*, letra carolina.

Ed. DURAN GUDIOL, *La Iglesia de Aragón durante los reinados de Sancho Ramírez y Pedro I*, pág. 191.

Ed. DURAN GUDIOL, *Colección diplomática*, núm. 66.

In Domini nostri Ihesu Christi nomine. Hoc est carta quam facio ego Garcia Sanz de Arabuis de donatione quam ego dono et donavit mea mulier in vita sua Deo et Sancto Petro de Siresa. Mandavit mea mulier Arrassavia nomine quando erat pregnans si Deus omnipotens donavisset ei masculum filium et viveret filius eius quod fuisset donatum Deo et Sancto Petro de Siresa, ad servitium Dei; et si fortassis illa moreretur, ut tota sua parte quod habebat hereditatum de patrimonio suo in Aragona et in Montisone et in aliis omnibus locis ubicumque quippiam suum erat de patrimonio vel de hereditatico suo, ut habuisset eum Sanctus Petrus Siresensis, una cum filio suo Sancio, ad servitium Dei.

Iterum ego Garcia Sanz de Arabuis iam prescriptum superius confirmo et laudo hoc totum quod supra scriptum est donoque vel concedo Deo et Sancto Petro de Siresa meo filio Sancio cum omne quod pertinebat ad suam matrem ut habeat et possideat eum Sanctus Petrus Siresensis hic et perpetuum et in seculum seculi, sicut destinauerat mater sua vel preceperat.

Et si aliquis advenerit homo ex nostra progenie vel quidlibet alius, qui hoc factum et conscriptum et quod superius confirmatum est voluerit disrumpere, cum Dathan et Abiron et cum Iuda traditore habeat porcionem in inferno inferiori dimersus.

Facta carta donationis sub die III kalendas marcii, in era Ma. Ca. XXXa. VIa., regnante Domino nostro Ihesu